

Psalms

CXLVI

c. lit: nisi vt leuaret qui cecidit. **D**ñs sapi
 entes facit cecos. **D**ominus diligit iu
 stos. **I**deo facit iudicium in iuriū accipiēti
 bus. **E**t qui sunt ipi iusti: **N**odo q̄ten⁹ iu
 stia. si quem admodum habes. **D**ñs custo
 tadiuenas **d**it proselitos. **P**roseliti aduene sunt.
Omnis ecclia gentium p̄selita est. **A**dieu
 nacia est enim ad patres: nō de carne eorum
 nata: s̄ imitando filia. **D**ñs tñ custodit: nō
 aliq̄s homo. **O**rphanum ⁊ viduam
 suscipiet. **N**emo putet quasi pupillū p̄p̄
 berequitatē: aut viduā p̄p̄ nescio qđ nego
 cium suū: **E**quidem ⁊ tūs de⁹ opitulat: et
 in omib⁹ officiis generis humani bonū
 opus facit: qui pupillū cōsolat: qui viduā
 nō deserit: s̄ p̄m quendā modū dēs pupil
 li sumus: absente p̄fē nō mortuo. **P**pill⁹
 enī s̄m boies mortuo patre fit. **E**t si verū
 q̄ritis fratres: qr̄ anima nō morit: viuūt pa
 rentes nostri: ⁊ magis absentib⁹ patrib⁹
 sunt pupilli: **Q**ui pupilli sūt: si mali fuerit:
 in penis viuūt: si boni fuerint in requie vi
 uunt. **O**ia integra sūt creatori: **L**amē nos
 q̄dū sumus in corpe hoc ⁊ pegrinationis
 locū incolim⁹: absens ē p̄f noster: ad quez
 clamamus: **P**ater noster qr̄ es in celis. **J**o
 ecclesia vidua quasi absente spōso: absen
 te viro: veniet ille qr̄ illam mō p̄tegit: nō vi
 sus: s̄ desideratus. **L**magno enī desiderio
 rapimur: ⁊ amore ei⁹ quem non nouimus:
 desiderā⁹: in herebum⁹ amplexib⁹ tristi si nō
 dū fide vīsi detinemur. **E**rgo ⁊ pupillū ⁊
 viduam q̄s volunt intelligi fratres: **V**estitū
 tūs omī ope ⁊ auxilio. **V**estituta aimā i
 seculo: ip̄a sibi sperat adiutorū dei. **Q**uic
 qđ hic habueris: aux̄ habeas: p̄sumpisti
 inde: iam nō es p̄selit⁹: nō es orphan⁹: nō
 in viduā numeraris. **A**micū habes: si de il
 lo p̄sumpseris: ⁊ deū dimiseris: nō es desti
 tutus. **H**abes hec oia: nō inde p̄sumis: nō
 inde supbis: pupillus dei es ⁊ vidua dei.
Suscipit qr̄ destitutos: hoc dixit: **S**uscipit
 pupillū: scuscipit ⁊ viduā. **E**t extermi
 bit viā peccatorū. **Q**ue est via pecca
 tor⁹: **I**rridere ista qr̄ dicim⁹. **Q**uis pupill⁹:
Que vidua: **Q**ob regnū celorū: **E**t qr̄ pēa
 inferori. **F**abelle christianorū sūt iste. **A**d
 qđ video: ad h̄ viuā. **M**āducem⁹ ⁊ bi
 bam⁹: cras enī moriemur. **G**lide ne tale ali
 qđ p̄suadeāt: ne p̄ aurē in cor intrēt: spinas
 inueniāt in aurib⁹ tuis: qr̄ ceperit sic intrare
 punctus abscedat. **C**orrūpūt enim mores
 bonos colloq̄a mala. **S**ed forte hic dictu
 rūs es. **Q**uare qr̄ felices sūt: **E**cce nec deū

colāt: ⁊ omia mala quotidie cōmittūt: abū
 dant reb⁹ his q̄bus ego egens labore. **M**o
 lizelare in peccatores: qđ accipiāt vides:
 qđ illis fuet: non vides. **A** vnde inq̄t vi
 deo qđ non video: **O**nō habet oculos fi
 des: ⁊ m̄iores oculos ⁊ potentiores ⁊ for
 tiores. **I** oculi neminē deceperūt: hi ocu
 li sint semp in dñm: vt ⁊ ip̄e euellat de his
 laqueis pedes tuos. **V**ia peccatorū plac̄
 tibi: qr̄ lata est: ⁊ m̄sti p̄ illam ambulāt. **L**a
 titudinem ei⁹ vides: finem ei⁹ non vides.
Ecce ybi finis p̄cipiciū est: ybi finis profū
 ditas qđam bātri est. **L**etātes ⁊ si patien
 tes in ista vit̄ illo fine mergunt. **G**z exten
 dere oculos nō potes vt videas ip̄m finē:
 crede ei⁹ qr̄ videt. **E**t q̄s est hō qr̄ videt: **F**or
 te nō hō: s̄ dñs tuus venit ad te: vt crede
 res deo. **N**ō enī ⁊ dñs tuo n̄ es creditur⁹:
 q̄ ait: **L**ata ⁊ spacioſ ūt̄ est via qr̄ ducit ad in
 teritū: ⁊ multi sunt qr̄ ingrediūt p̄ illā: **H**āc
 viam exterminabit dñs: qr̄ ip̄a est via pec
 catorū. **E**t dñ exterminata fuerit via pctō
 rum: qđ nobis restat: **E**lenite b̄sidiūt p̄fis
 mei: p̄cipite regnū qđ vobis paratū est ab
 origine mūdi. **A**d hoc cōclusit psalmista:
Et viā peccatorū exterminabit. **E**t qđ tu:
Regnabit dñs in eternū. **G**au
 de: qr̄ tibi regnabit: gaude: qr̄ tu eris regnū
 ei⁹. **G**lide enī ⁊ qđ sequit. **E**st certe ciuiſ de
 syon: non de babylonia: id est nō de ciui
 tate p̄itura hui⁹ seculi: s̄ de syon ad tps la
 borante ⁊ pegrinante: in eternū aut regna
 tura. **A**udisti qr̄ finem. **I**nde es. **R**egna
 bit dñs in eternū. **D**eus tuus syon.
O syon: de⁹ tu⁹ regnabit in eternū. **H**un
 qđ sine te regnabit de⁹ tuus. **I**n genera
 tione ⁊ generatione. **B**is dixit: qr̄ nō
 potuit semp dicere. **N**ec putas: qr̄ vobis fu
 nit̄: finis eternitas. **E**territas in vbo qua
 tuor syllabis p̄stat: in se sine fine ē. **N**ō po
 tut tibi: nisi sic cōmendari. **D**e⁹ tu⁹ regna
 bit in generatione ⁊ generatiōe. **P**arum di
 xit: si tota die diceret: angustū estet. **S**i to
 ta vita sua diceret: nōne aliqui p̄ticesceret?
Ama eternit̄: nōne: **N**ullo fine regnabis: sed
 finis tibi christus ē: cū quo regnabis in se
 cula seculorū. **A**men.
Explīt Tractatus de p̄. CXLV.
Incipit Tractatus de p̄. CXLVI.
Prefatio.
Tentī audiebam⁹: cū psalm⁹ p̄fis
 cārare. **E**t si oēs qr̄ audiebā⁹ etiā i
 telligebā⁹. **Q**uāto maḡ qr̄ itētē nūc audie
 dus est: si vt spero ⁊ cupio adiuuātib⁹ oīta

¶psalmus

audientiū oratiōib⁹: si qđ hic forte obscur⁹ est: deo donāte reuelabif: vt sit fructuosus audit⁹: nec in anis redeat auditor: qđ inten-
tus assuit cū audiret. **E**nī cepit: nobis dici-
tur: laudate dñm. **B**icit hoc oib⁹ gentib⁹:
non sol⁹ nobis. **E**t istā vocē qđ loca qđe sin-
gula sonantē a lectorib⁹: singillati audiunt
ecclesie. **V**na vor tñ dei sup oēs nō tacet:
vt laudemus eū. **E**t qđi q̄rereim⁹ q̄re lauda-
re dñm debeam⁹: videte quā cām attulit.

Expositio psalmi.

Ellia lra.
test

Laudate dñm: inq̄t: qđm bon⁹
psalmus. **H**ec est merces tota
laudantiū: laudem⁹ dñm. **Q**uare:
Qđm bonus psalm⁹. **V**elle ego inq̄t ali-
qđs laudare dñm: si mihi aliqd p̄sta laude
donaret. **Q**uis enī laudat gratis vñ homi-
nem? **E**xpectant ḡ aliquā mercedē lauda-
tores hoīm. **N**ullā ne mercedē expectare:
aut petere: aut sperare deb̄z laudator deiz.
Laudaf infirm⁹: et speraf de eo aliqd. **L**au-
dat om̄ipotens: et nulla merces ē. **A**n for-
te hoc cupio: qđ ille dare non p̄t. **Q**uid
hō desiderat: qđ in manu dei nō sit? **L**um
laudaueris hoīem: forte h̄ cupis qđ ab il-
lo p̄stari non p̄t. **D**eu securus lauda quē
nemo p̄t dicere nō posse p̄stare qđ tu po-
tueris desiderare. **I**dropo sita ḡ spe merce-
dis alicui⁹ laudare debem⁹ deū: nō tñ da-
turū qđqd cupim⁹. **P**ater est enī: et qđ ma-
li cupiunt fili⁹ non dat. **L**audem⁹ et spere-
mus et desiderem⁹: nō illud aut illd: h̄ qđ iu-
dicat dandū esse quem laudam⁹. **I**lle enī
nouit qđ nobis dari expediāt: nos aut in-
tēdamus qđ nobis p̄sit accipe. **A**pls ait:
Quid enī oremus: sicut oportet nescim⁹.
Ati p̄e idem apls Paulus sperabat sibi p-
desse: si auferret ab eo stimulus carnis sue:
angel⁹ sathanē a quo colaphizabat: sic ip̄e
confitef et ait: **P**ropter qđ ter dñm rogaui
vt auferret eū a me: et dixit mihi: **S**ufficit ti
bi ḡfā mea: nam vñtus in infirmitate p̄ficiſ.
Besiderauit aliqd: nō cōcessum est ad vo-
lūtātē vt cōsoleref ad sanitātē. **H**ic ḡ quid
nobis p̄positum est: **L**audate inq̄t dñm.
Quare laudamus dñm: **Q**đm bonus psal-
mus. **P**he psalm⁹ laus dñi est. **H**oc ḡ ait:
Laudate dñm qđm bonū est laudare dñm.
Non sic p̄teream⁹ laudare dñm: dictū est
et transi⁹: factū est et siluim⁹: laudavim⁹ et
tacuim⁹: cātūm⁹ et conqueim⁹. **I**mus in
aliud forte agēdū qđ restat: et alie actiōes
cum occurserint nobis: laudatio diuīa ces-
sabit in nobis. **N**ō sic. **N**am lingua tua ad

CXLVI

horam laudat: vita tua sp̄ laudet. **I**nde ḡ
bonus psalm⁹. **P**salmus qđpe cantus ē:
nō qđlibet: h̄ ad psalteriū. **P**salteriū aut qđ
dā organū ē cātēne: sicut lyra: sicut citha-
ra et hm̄di organa: qđ inuēta sūt ad cātādū.
Qui ḡ psallit: nō sola voce psallit: h̄ assum-
pto etiam qđam organo qđ vocat psalte-
riū: accendentib⁹ manibus voci p̄cordat.
Elis ḡ psallere: **N**ō solū vox tua sonet lau-
des dei: h̄ opa tua p̄cordet cum voce tua.
Lū ḡ voce cantaueris: silebis aliquī. **C**ita-
sic cāta: vt nūq̄ sileas. **N**egocium agis: et
fraudē cogitas: siluisti a laude dei: et quod
grauius est: nō solū a laude siluisti: h̄ in bla-
phemā prexisti. **L**ū ḡ deus laudaf de bo-
no ope tuo: ope tuo laudas deū: et cū bla-
phematur deus de malo ope tuo: ope tuo
blasphemias deū. **I**taq̄ ad aurū exhorta-
tionem cāta voce: corde ne sileas: vita ne
taceas. **N**ō cogitas in negocio fraudem:
psallis deo. **L**ū manducas et bibis psalle:
nō intermisceō sonorū suavitates ad au-
res aptas: h̄ modeste et frugalit et tempancē
maducando et bibedo: **O** hoc dicit apls.
Sue māducatis: sue bibitis: sue qđ faci-
tis: oīa in gloriam dei facite. **S**i ḡ bñ agis:
et qđ manducas et bibis: et ad refectionem
corpis sumis reparationemq̄ membroriū: gra-
tias agēs ei: qđ tibi prebuit mortali et fragili
ista supplementorum solacia: et cib⁹ tuus et
potus tuus laudat deū. **S**i vñ modū natu-
re debitū immoderatiōe voracitatis exce-
das: et vinolētia te iurgites: qđas lib⁹ lau-
des dei ligua tua sonet: vita blasphemat.
Post cibū et potū req̄escas: vt dormias:
nec in lecto aliqd turpiter agas: nec exce-
das vñtra concessam licentiam in lege deit:
sit castus cū iūge thorus: et si est cura pro-
pagandi liberos: nō sit effrenata luxurias
libidinū: deser in lecto tuo iūgi tue hono-
rem: qđ membra christi estis ambo: ambo
ab illo cōditi: ambo sanguie ipsius repati:
hec agēs laudas deū: nec oīo silebit lau-
datio tua. **Q**uid si somn⁹ aduenierit: et cū
dormis: **N**ō te excitet a qđete mala p̄sciētia
tua: et innocētia somni tui laudat deū.
Si ḡ laudas: nō tñ lingua tua cāta: h̄ etiā as-
sumpto bonorū oper⁹ psalterio: **E** bonus
psalm⁹. **L**audas cū agis negocium. **L**audas
cū cibū et potū capis: laudas cū in lecto re-
quiescis: laudas cū dormis. **Q**fi non lau-
das: **P**erficiēt in nobis laudatio dei: cu⁹
ad illā ciuitatem venerum⁹: qđ effecti fueri
mus eēles angel⁹ dei: qđ nos nulla corporal

Psalmus

necessitas vllaer pte sollicitat: nō fames: nō satis interpellat: nō estus fatigat: nō frigus astringit: non febris dehicit: non mors finit. Ad illam pfectissimā laudez exerceamus nos laudatione ista in bonis opibus: Propterea cū dixisset: Laudate dñm: qm̄ bonus psalmus. Deo nostro: inqt: id cunda sit laus. Quō erit deo nro iocunda laus: Si bene viuēdo laudem. Audi q̄ tūc erit illa iocunda laus. Alio loco dicit. Non ē speciosa laus in ore peccatoris. In ore peccatoris speciosa laus nō est: iocunda nō est. Hoc enim iocundū: qd̄ speciosū. Vis ḡ vt deo tuo iocunda sit laus. Nolite cantilene tue obstrepere moribus mal. Deo nro iocunda sit laus. Quid dixit: Qui laudatis bñ viuere: Laudatio impiorum offendit deū. Plus ille attēdit qd̄ viuas: q̄ qd̄ sones. Lerte cū eo quē laudas pacem h̄re vis. Quō cū illo q̄ris pacē: q̄ a teipso dissonas. Quō inq̄es a memetipō dissono: Alio sonat lingua: aliud indicat vi ta. Deo nro iocunda sit laus. Nōt enī laus iocunda esse hoī: cū audit cōcinnis acutis: q̄ sentētis: t̄ suauī voce laudatē. Sz̄ deo nro iocunda sit laus: cui aures nō ad os: si ad cor: nō ad linguā: s̄ ad vitā laudatoris patent. Quis ē de⁹ nr̄: cui iocunda sit laus: Dulcescit nobis: cōmendat se nobis: grās dignationi ei⁹. Dignat enī cōmendare se nobis: nō q̄si aliqd̄ p̄staturis: si multa ab illo poti⁹ accepturis. Quō ergo cōmendat se nobis deus: Audite aplm̄ Paulū. Cōmendat aut̄ inqt dilectionē suā de⁹ in nob: Quō cōmendat audite: Ip̄e dicit apls: t̄ compēt t̄ psalmo. Cōmēdat inqt dilectionē suā de⁹ in nobis. Quō commēdat: Qm̄ cū adbuc peccatores essem⁹ christus p̄ nobis mortuus est. Quid ḡ suat laudatorib⁹: q̄ sic se cōmendat peccatorib⁹: Qz̄ ḡ sic dixit apls cōmendasse deū nobis dilectionē suam: vt christus morerer pro impijs: non vt impij remanerēt: s̄ vt morte iusti ab iniusticia sanarēt. Hic qd̄ audis cū dixisset: Deo nro iocunda sit laus: Videamus si ip̄a est cōmendatio quā dixit apls: q̄ christus p̄ peccatorib⁹ t̄ p̄ impijs mor tuus est. Edificans: inqt: hierusale dñs: t̄ dispersiones israelis colligens. Ecce edificās hierlm̄ dñs: colliget dispersiones populi ip̄i. Popul⁹ enim hierusalem p̄pls isrl̄. Est hierlm̄ eterna in cel: vbi cities etiā angeli sunt. Quid ḡ ibi isrl̄: Si hoīez illū nepotē abrae p̄sideres: q̄ dicit⁹

Alia lfa.
t̄ decoraq̄
laudatio

CXLVI

et Jacob: quō angelos intelligim⁹ israel: S̄ interpretationem nomis discutiam⁹: qz̄ ip̄e Jacob mutato nomine vocat⁹ est isrl̄: magis ibi nomen isrl̄: t̄ vñā t̄ nos sequentes sumus isrl̄. Quid enim nterptat̄ israel: Vident deū. Om̄es ergo ciues illi⁹ ciuitatis vidēdo deū gaudēt in illa magna ciuitate t̄ ampla t̄ celesti: spectaculi eis de⁹ ip̄e est. Sed nos ab illa ciuitate pegrinabam̄ peccato expulsi: ne ibi remanerem⁹: et mortalitate p̄grauati: ne illo redirem⁹. Re spexit deus pegrinationē nr̄am: t̄ ille q̄ edificat hierusalem restituit lapsam partem. Unde restituit lapsam partem: Dispersiones isrl̄ colligens. Ecidit enī ps̄ qdam t̄ facta est pegrina. Hanc pegrinationem misericordit vidit de⁹: t̄ q̄sui nō qr̄etes se. Unū quesunt: Quē misit ad captiuitatē nostram: Misit redemptorē: s̄m qd̄ ait apls. Cōmendat inqt deus dilectionē suā in nobis: qm̄ cum adbuc peccatores essemus: christ⁹ p̄ nobis mortu⁹ est. Misit ḡ ad captiuitatē nr̄am redemptorē filiu⁹ suū. Porta inqt tecum saccū: fertō ibi p̄ciū captiuarum. Induit enī se ille mortalitate carnis: t̄ ibi erat sanguis quo fuso redimeremur. Illo sanguine collegit disp̄siones isrl̄. Et si ille collegit olim disp̄sos: quō satagenduzē ut colligant mō disp̄s: Si collecti sunt dispersi: vt in manu artificis ad edificium formarent: quō colligendi sunt q̄ de manu artificis inquietudine ceciderūt. Edificās hierusalem dñs. Ecce quē laudam⁹: ecce cui laudem tota vita nr̄a debem⁹: Edificans hierlm̄ dñs: t̄ dispersiones israel colligens. Quomō colligit: Quid agit vt colligat: Qui sanat contritos corde. Ecce quō colligunt dispersiones isrl̄: vt sanent cōtriti corde. Qui cor nō cōterūt: nō sanant. Quid est cōterere cor: Motū sit carissimi: fiat vt sanari possit. Dictum est enī multis alijs scripturar̄ locis: t̄ maxie illo loco voce nr̄a qdam cantās dicebat: Qm̄ si voluisses sacrificium dedisse vniq̄: deo dicebat: si voluisses sacrificiu⁹ dedisse vniq̄: holocaustis aut̄ nō delectaberis. Quid ḡ: Sine sacrificij oblationē remanebūt: Audi qd̄ te velut offerre. Sequit̄z dicit: Sacrificiū deo sp̄us cōtribulat⁹: cor p̄tritū t̄ humiliatum de⁹ nō spernit. Sanat ḡ p̄tritos corde: qz̄ illū pp̄inqt vt sanet: sicut d̄r̄ i alio loco: Dope ē dñs his q̄ obtruerunt cor. Qui obtruerūt cor: Huiles. Qui non obtruerūt cor: Supbi: Cōtritū sanabit: cli-

Alia lfa.
t̄ non habet
t̄ israel p̄ḡe
gabit

Psalmus

deū elatum. Ad hoc enī forte elidit: ut con-
trū sanet. Ne velit eē ergo fratres cor no-
strū erectū: anteq̄ sit rectū. Male erigitur
qd nō pmo corrigit. Qui sanat p̄tritos cor-
de. **Et alligat contritiones eorum.**
Sanat inq̄t humiliatos corde: sanat consi-
tentēs: sanat seip̄os puniētes: in se verū iu-
diciū exercentes: ut possint esse illi miseri-
cordiā sentiētes. Tales sanat: s̄ pfecta eo-
rum sanitas trāacta mortalitate fiet: quan-
do corruptibile b̄ induerit incorruptionē:
et mortale b̄ iduerit immortalitatē: Qā n̄i ni-
bil erit qd ex carnis labē sollicitet: nō solū
nihil cui p̄sentiam: s̄ nihil qd suggerat ex
carne. Etenim mō fratres mei p̄te illicite
delectatiōes animū tangūt: q̄uis eis non
p̄sentiam: vt mēbra n̄a iusticie fuiāt: nō
iniquati: tñ vel deleciari talib: t̄ si nō p̄sen-
tis: nōdū est perfecta sanitas. Sanaberis
ergo: corde sanaberis cōtrito. Noli erube-
scere: cōterere cor: tales sanat de. Sed qd
ago inq̄s mō: Condelector enim legi dei
b̄m interiorē hoiez: Videō aut̄ aliā legez i
mēbris meis: repugnātem legi mētis mee:
et captiuū me ducentē in lege p̄cti. Quid
agis: Cōtere cor: cōfiterere: age: dic sequen-
tia: In felix ego hō: q̄s me libabit de corpe
mortis hui: Hoc enī dicere: in felix hō: iā
cor cōterere est. Ille speret felicitatē: q̄ con-
fitek infelicitatē. Hic g: In felix ego hō: q̄s
me liberabit de corpe mortis hui: Et re-
spondeat tibi: F̄i dei p̄ Jesum christum
d̄m nostrum. Quō aut̄ liberat ip̄a gratia
dei: vñ nūc pignus accepim: Audi eun-
dem apostoli: Corpus qdēm inquit mor-
tuū est ppter peccati: spūs aut̄ vita est pro-
pter iusticiā. Si ergo spūs ei: qui suscita-
vit Jesū christū ex mortuis habitat i vobis:
q̄ suscitauit Jesū christū ex mortuis: viuifi-
cabit et mortalia corpora v̄ra q̄ ihabitātē spi-
ritum ei: in vobis. Hoc ergo pignus acce-
pit spūs nos: vt incipiam: fide fuire deo:
et ex fide appellari iusti: Qān iust: ex fide vi-
uit. Quicqd aut̄ nobis adhuc repuḡt et re-
sistit: de mortalitate carnis est: et b̄ sanabi-
tur. Viuificabit enī inq̄t et mortalia corpora
v̄ra p̄ ihabitātē spūm ei: in vobis. Ad
b̄ pign: dedit: vt cōpleteat qd p̄missit. Quid
ergo nūc in hac vita: q̄i adhuc cōfessores
sum: nōdū possessores: Quid i hac vita:
Quid fiet: Quō durabik: Sanat p̄tritos corde.
S̄ pfecta sanitas tūc erit: q̄i dixi. Huc ergo qd:
Alligat p̄tritōes eorū. Qui curat inq̄t cōtritos corde: quorū pfecta sa-

CXLVI

nitas in resurrectiōe iustō erit: alligat mō
cōtritiones eorū. Que sunt alligamenta con-
tritionis: Sicut medici alligant fracturas.
Aliqñ enī itelligat ex b̄ caritas v̄ra: t̄ notū
ē eis q̄ aladuerterūt v̄la medicl audierūt ali-
qñ praeve t̄ distorte firmata: ut corrigit me-
dici frangit: t̄ faciūt vulnus nouū: q̄r ma-
la erat sanitas prava. Dic ḡ recte sunt inq̄t
scriptura: vie dñi: sed prauicordi in illscā
dalizabil. Quid ē prauicordi? Tortor-
dius: Tortuz cor h̄ns: putat torta esse oia
q̄ dicunt a deo: putat prava esse omia. q̄ fe-
cit deus: t̄ displicent illi omia iudicia dei:
maximeq̄ in qb̄ ip̄e corrip̄t: t̄ sedet t̄ dis-
putat q̄ male faciat deus: q̄r nō p̄ eius vo-
lūtate facit. Bifortis cor prauis cor est: qd
nō se corrigit ad deum: t̄ deum vult disto-
quere ad se. Quid ergo ei dicit de: desup:
Tortus es: equus sū. Si tu rect: es: sen-
tires eq̄tatem meam. Quēadmodū si i pa-
uimento equali poneres distortū lignum:
nō collocarek: vndiq̄ nutaret: vndiq̄ agi-
tarek: qd nō loci ineqlitas: s̄ distortio ligni
facit: sicut ait scripture: Qā bon: iſl: de: re-
ctis corde. Quid ḡ: Tortū est cor: quō di-
rigitur: Et tortū est t̄ durū. Nam ḡ tortū t̄
durū frangat: cōterat t̄ dirigat. Tu dirige
re cor tuū nō potes: tu frange: ille dirigat.
Quō tu frangis: Quō tu cōteris: Cōten-
do: puniendo peccata tua. Quid aliud si-
gnificat pectorū tunisio: nisi forte putamus
ossa nostra aliqd peccasse cum tundim: pe-
ctus. Sed significam: nos cor cōterere: vt
a dño dirigat. Sanat ḡ: contritos corde: t̄
p̄tritu cor habētes: t̄ sanitas ip̄ius cordis
tūc erit pfecta: cum t̄ corporis reparatio im-
plebit que p̄missa est. Nunc interea qd fa-
cit medicus: Alligat contritiones tuas: vt
possis puenire ad plenissimā firmitatē: do-
nec cōsolidek qd fractū est: qd alligatū est.
Que sunt ista alligamenta: T̄p̄alia sacra-
menta. Alligamenta medicinalia sunt p̄tritō-
tionis nostre: sacra interim tp̄alia qb̄ ha-
bemus cōsolationē. Et ista oia que loqui-
mur vobis: ip̄a q̄ sonant t̄ trāseunt: q̄cqd i
ecclia gerit tempalit: alligamenta sunt p̄tritō-
tionum. Quemadmodū enī medicus per-
fecta sanitate detrabit ligaturā: sic i illa ci-
uitate hierlin cū equales angel' facti fueri-
mus. Nam qd putatis: Ibi nos acceptu-
ros esse qd hic accepim: Aut ibi recitādū
est nobis euangelū: vt fides nostra p̄ma-
neat. Aut imponēda est man: ab aliquo p̄
posito: Ista omia alligamenta fracture sūt:

Si pfecta sanitate detrahēt: sed ad eam nō peruenireb: nisi alligarent. **S**anat ḡ contritos corde: et alligat cōtritūdēs eorū. **Q**ui numerat multitudinē stellarū: et oībus eis noīa vocans. **Q**uid magnū deo numerare multitudinē stellarū? **H**oc et hoīes conati sunt. **V**ideāt vtrū implere potuerint: nō tñ conarent: nisi se ipleturos speraret. **I**llis dimittamus qđ potuerint et quousq; puenerint: **D**eō aut nō puto esse magnū numerare om̄es stellas. **A**n forte numerū ne obliuiscatur: recenset: **E**t magnū est aliqd deo stellas numerare: cui capilli capitil numerati sunt. **O**b anifestuz est fratres aliqd velle deū intelligere nos i eo qđ ait: **Q**ui numerat multitudinē stellarū: et oībus eis inqt noīa vocās. **T**ūt stelle qđam lumina in ecclia solantia nocteꝝ nrāz oēs de qb̄ dicit apls: in qb̄bus apparetis tāq; luminaria in mūndo. **I**n ista inquit natione tortuosa et puersa: in qb̄bus apparetis tanq; luminaria in mūndo v̄bū vite habentes: illas stellas numerat deus. **O**m̄es secū regnatos: oēs aggregādos corpori vñigeniti sui numeratos h̄z: et nūierat eos. **Q**ui indignus ē nec numerabil. **E**t multi crediderūt: vel mlti se q̄licies adumbrata specie fidei pplo eius applicuerūt: nouit tñ ille qđ numeret et qđ ventilet: **N**ā tanta est celsitudo euangelij: vt fieret qđ dictum est annūciaui et locutus sum: mltiplicati sunt sup numerū. **T**ūt ḡ in pplos et supnumerarij quodāmo. **Q**uid ē supnumerarij: **P**l̄ qđ ibi futuri sunt. **I**ntra pietes istos ples sūt: qđ futuri sunt in regno dei: in illa biersm celiſti: ip̄i super numerū sunt. **A**nimaduertat q̄sq; vtrū luceat in tenebris: vtrū in inq̄ta te seculi tenebrosa nō seducaſ: si non fuerit seductus nec viciſ: tāq; stella erit: quam iam numerat deus. **E**t oībus inqt nomia vocās: ibi est totū pmiū. **H**abemus noīa qđam noīa apud deū: vt nouerit deo noīa nr̄a. **H**oc optare debemus: h̄ agere: h̄ sata gere q̄stū possumus: nō de alīs rebus gaudere: nec de donis qb̄busdā spūalibus. **E**lideat caritas v̄fa multa dona sunt in ecclia: sic apls dīc: **A**lij qđē p spūz dāk sermo sapie: alij fmō scientie fm̄ eundem spūm: alij fides in codē spū: alij donatio curatio nūz: alij dijudicatio spiritū: id est vt dījū dicet inter bonos malosq; spūs: alij lingua- rum genera: alij ppbeta. **M**ita dixit: **O**z multa dixit: **M**ulti donis talibus v̄si male: audiet i fine: **N**ō noui vos. **E**t qđ dictu

ri sūt i fine q̄ audiēt: nō noui vos. **B**ñe: nō ne in noīe tuo ppbetaūmus: et in noīe tuo demonia eieciūmus: et in nomie tuo v̄tutes mltas fecimus. **I**n noīe tuo om̄ia ista: **E**t qđ dicam eis: **N**ūq; noui vos: discedite a me oēs q̄ opamini inq̄tate. **Q**uid est ḡce laz lumen celi solās noctem: et qđ nūciaſ a nocte: **A**dhuc inqt supeminentiore v̄tā vobis demōstro. **S**ilinguis hoīm loq̄ et angelorū: caritatē aut nō habeā: factus sūt eramentū sonās: aut cymbalū tunniēs. **Q**uale donū est loq̄ linguis angelorum et hoīm: **C**ame si caritatē inqt nō habeā: cramentū sum sonās: aut cymbalū tunniēs. **S**i sciero inqt oīa sacramēta et oēm sciēta: et si habuero omnē ppbetā et oēm fidē: ita vt montes transserā: quāta ista dona sunt: **C**aritatē aut nō habeā inqt: nihil sū. **Q**uale est illud donū martyrij et distributiōis rerum suarū: **E**t tñ si distribuero inqt om̄ia mea paugib̄ et tradidero corp̄ meū vt ardeat: caritatē aut nō habeā: nihil mihi prodest. **Q**ui ḡ nō h̄z caritatē: et si ad t̄pua habet h̄ dona auferenſ ei. **A**uferet qđ h̄z: qz qđdam non h̄z: et ip̄m qđdam h̄ nō habet vñ cetera teneant: et ip̄e nō peat. **Q**uid est illud qđ mō ait dīſis: **Q**ui h̄z dabit ei: q̄ autem nō habet: et qđ habet auferetur ab eo: **H**abet grām possidendi: si nō h̄z caritatem v̄tendi. **Q**uia ḡ illud nō habet: et qđ habz auferet ab eo. **P**roperea discipuli vt haberent caritatē quos volebat facere i celo stellas ambulātes sup enuniente viaz ille q̄ numerat stellarū: et om̄ibus eis nomia vocans: cuz redirent discipuli q̄ missi erāt: exultauerūt et dixerūt: **B**ñe: ecce spūs immūdi subiecti sunt nobis pppter nomē tuū. **E**t ille qui numerat multitudinem stellarū: et omnibus eis nomia vocās: sciēs mltos dicturos esse: **N**ōne in noīe tuo demonia eieciūmus: quib̄ dicturus est in fine: **N**ō noui vos: qz eos nō numeravit in multitudine stellarū: nec eis noīa vocauit: **N**olite inqt i h̄ gaudere: qz spūs vobis subiecti sūt: h̄ gaudete: qz nomia vñ a scripta sūt i celo. **Q**ui numerat multitudinem stellarū: et oībus eis noīa vocans. **M**agnū dīs nō. **E**t magna **A**līa. **V**irtus eius: et intelligentie eius nō est numerus. **M**ei p̄e q̄ numerat multitudinem stellarū: numerari nō pōt. **M**agnū dīs nō: et magna v̄tus eius: et intelligentie

eius nō est numerus. Quis hoc exponat? Quis digne vel cogitet qd dictu est: Et intelligēt ei nō ē numerus. Atq; vnuaz infundat se nobis: et vbi nos deficiem⁹: qz ip̄e potens est: ip̄e illustret mētes vras: vt sciatis qd sit: Intelligēt ei nō ē numer⁹. Videntis enī fratres: nūqd est pnumer⁹ arene: Nobis nō est: deo ē. Cui capilli capitl nī oēs nūerati sūt: et arēa nūerata ē. Quic qd ḡ finitū mūdus iste cōplectūt: etiā si nō hoī: tñ est deo: parū dico deo: angel⁹ nume ratum est. Intelligēt ei nō ē numerus. Excedit omnes numerarios intelligētia ei⁹: numerari a nobis non pōt. Ipsiū numer⁹ qd numerat: nūero nūerant qd nūerant. Si qd numerat: nūero nūeratur: nūeri non pōt esse numer⁹. Miserari numer⁹ nullo pacto pōt. Quid ḡ est apud deū: Inde fecit oīa. Et vbi fecit oīa cui dī: Oīa in mēsura et nūero et pōdere disposuit. Aut qd ip̄am mēsurā: et ip̄m numerū: et ip̄m pōdus vbi de⁹ oīa disposuit: aut nūerare pōt: aut metiri: aut appēdere. Ergo in telligēt ei⁹ nō ē numer⁹. Cōnīscat hūane voces: reqescant hūane cogitatōez: ad cōphensibilia nō se tendat: qd cōphensu ri: b̄tāq; pticipaturi: Participes ei erim⁹. Nō b̄tāq; capim⁹ erim⁹: nec totū capiem⁹: b̄tāq; pticipes erimus: qd dictum est de bierlin cui⁹ disp̄siones colligit: dictū est de illa qd dam magnū. H̄ierlin qd edificat vt ciuitas: cuius pticipatio ei⁹ in idip̄m. In idip̄m qd ait: nisi qd mutan nō pōt: Letera qd sunt crea ta aliter et aliter p̄fit esse: qui ait creavit ali ter et aliter non pōt esse. Idip̄m ḡ ille ē: qm̄ dictum est ei: Mutabis ea et mutabunt: tu ait idem ip̄e es: et anni tui nō deficiet. Igitur si ip̄e idē ip̄e: et mutari ex nulla pte pōt: pticipando ei⁹ diuinitatē: erim⁹ et nos im mortales in vitā eternā. Et b̄tāq; nobis pign⁹ datu⁹ est de filio dei qd iam dixi sanctitatē v̄re: vt aīq; efficeremur pticipes imortali tatis ip̄i⁹: fieret ip̄e p̄or pticeps mortalita tis n̄re. Sicut autē ille mortal: nō de sua b̄tāq; de n̄rā: sic nos immortales: non de n̄rā b̄tāq; de ip̄i⁹. Participes ḡ erim⁹: nēo dubitet: scripture b̄tāq; dixit. Et cui⁹ rei ptici pes erimus: qd ptes sint apud deūz: aut ptes diuidat⁹ de⁹? Quis ḡ explicat qud sint pticipes vni⁹ simplicis mlti⁹: Nō ḡ ex igatis qd apte dici nō posse puto: qz videtis: b̄tāq; redite ad remediu⁹ saluatoris: cōterite cor: p̄fringat animi duricia: pterat ani mi p̄tinacia: accusest in malo: renascatur in bono. Hiriget ip̄e: alligabit fracturā: cōso

lidabit sanitatē: et nō erūt i:im impossibilia nobis qd mō ip̄ossibilia sūt. Bonū est enī vt cōfiteatur infirmitatem: qd vult puenire ad diuinitatē. Intelligēt ei⁹ non ē numerus. Nō qd debeas facere in difficultate in telligēdi ostēdit tibi: cū p̄sequenter dicit. **H**uscipiens māsuetos domin⁹. Verbi grā: nō intelligis: p̄ay intelligis: nō p̄sequcris. Honora scripturā dei: honora v̄bum dei: etiā nō aptum: differ pietate in telligētiā. Noli p̄teruīs eē accusare: aut obscuritatez: aut qd p̄ueritatez scripture. Peruersum b̄tāq; nihil est: obscurū aut aliqd est: nō vt tibi negeat: b̄tāq; vt exerceat acceptu rum. Ergo qd obscurū est: medic⁹ illud se cit vt pulses. Voluit vt exerceceris i pulsā do: voluit vt pulsanti apiret. Pulsādo ex erceberis: et exerceat latior efficeris: latior factus capies qd donat. Ergo noli idi gnari qd clausum est. M̄itis esto: māsuetus esto. Noli recalcitrare aduersus obscura et dicere: meli⁹ dicere: si sic dicere. Qd̄ em̄ potes tu sic dicere aut iudicare qud̄ di ci expeditat. Sic dictū ē: qud̄ dici debuit. Nō corrigit eger medicamēta sua. M̄ouit ea medic⁹ modifcāre: ei credē: qd te curat. Nō qd sequit. Huscipiens mansuetos dñs. Noli ḡ resistere aduersus clausa dei: man suetus esto: vt suscipiat te. Si autē resistis: audi qd sequat. Humiliās autē peccato res v̄sq; ad terrā. Multa genera sunt peccatorū. Humiliās autē peccato res v̄sq; ad terrā. Quos peccatores: nisi p̄tra rios māsuetis: Ex eo qd̄ ait: Huscipiens mansuetos dñs: humiliās autē peccato res v̄sq; ad terrā: spēm qndā p̄tōrū ex predicta mansuetudine voluit intelligi. Peccatores ḡ hoc loco immutes: et eos qd̄ māsueti nō sunt: intelligim⁹. Quare humiliat v̄sq; ad terrā: Rephendit intelligibili a: terrena sensuri sunt. Hoc fecit hoībus qd̄ voluerūt iridere legē aīq; noscent: si enī fuerūt māsueti. Intelligat caritas v̄ra: extitit qdā p̄ditissima secta manicheoz accep tas scripturas: et lectas irrisit. Rephēdē voluit qd̄ nō intelligebat: et exagitated et rep hēdē nō intellecta multos illaqauit. H̄i b̄tāq; humiliati sunt qd̄ b̄tāq; facere voluerūt v̄sq; ad frā: nō sunt p̄missi intelligere celestia: terrena sa puerūt. Quicqd audis in fabulip̄oz: non nisi blasphemia est: et qdām figmēta unagi num corporaliū. Qd̄qdem volētes intelligere deū v̄sq; ad lucis isti⁹ visibil⁹ cogitatōez venerūt: ultra ire nō potuerūt: et tales cam

Psalms

pos lucis fecerunt in regno dei: quæ viderunt
hunc sole q̄si fructū lucis illi⁹. Totū autē
qđ p̄ terrā carnis tangit: terra est deo. Ha-
bem⁹ enī vñ videam⁹: vñ audiam⁹: vnde
odorem⁹: vñ gustem⁹: vñ tāgamus. Caro
ista p̄ qnq̄ nūcios q̄sdam: q̄s appellamus
sensus p̄cipit non nisi corporalia: intelligibi-
lia vō t̄ spiritualia mēte capiunt. Quia ḡ illi
obscuritatē scripturaz irraserunt: q̄ ppterā
clausa erat: vt pullantes exercearent: nō vt
guul negarent. Hūiliati sunt vsc̄ ad frā:
vt cogitare ampli⁹ uō possint: q̄d qđ p̄ frāz
p̄cipit. Per terrā qđ dico: Per carnē. Ca-
ro ent ista frā ē: t̄ de terra facia ē. Quicqd
p̄ oculos capis ad frā p̄tinet: q̄cqd p̄ aures:
q̄cqd p̄ olfactū: q̄cqd p̄ gustum: q̄cqd
p̄ tactū ad terrā p̄tinet: q̄r p̄ terrā p̄cipitur.
Illi ḡ nō valebāt intelligere intelligētiā
cui⁹ nō ē numerus: q̄r intelligētiā ei⁹ non ē
numerus: reprehendentes scripturas mysti-
cas qbusdā rebus salubrit tegetes intelligē-
tiā: vt guuli exerceant: t̄ ipa reprehensiōe
immites facti: qđ p̄nuz est māsuētis: humili-
ati sunt vsc̄ ad terrā: vt incorporez deuz
sentire nō possent: t̄ quicqd deo cogita-
rent: nō nisi corporali cogitarēt. Humiliās
autē de⁹ peccatores vsc̄ ad terrā. Quid
ḡ debem⁹ facere nos si nolumus humiliā-
ri vsc̄ ad terrā: Quia magnu⁹ est p̄ficere
vsc̄ ad intelligibilia: magnu⁹ est p̄ficere vsc̄
ad spiritualia: magnum eo puenire cor: vt
nouerit esse aliqd qđ nō p̄ loca extendat:
nec p̄ tpa variet. Qual est enī spēs sapien-
tie: Quis illā cogitet: Longa est: q̄drata ē:
rotunda est: mō hic t̄ mō ibi est. Cogitat sa-
pientiā nescio q̄s in orā: cogitat illā ali⁹ i
occidente: si bñ illam cogitat in tāta locoru⁹
diuersitate positi: ambob⁹ p̄sto est. Quid
est bñ: Quis illud capi: Ista⁹ s̄bam: istam
quandā diuinā incōmutabilēq̄ naturā q̄s
capit: Noli festinare: poteris c̄ape. Audi
quid sequit **4** Incipite dño in cōfessione. Ipic incipe si vis puenire ad intel-
ligētiā p̄spicuā vitā. Si vis a via fidei p-
duci ad possessionē spēi: incipe i cōfessionē.
Le p̄us accusato: te accusato: deuz lauda.
Inuoca quē nondū nosti: vt veniat t̄ scia-
tur: nō vt ipē veniat: si vt te ad se p̄ducat.
Quō ipē venit: vñ nunq̄ discedit. Ipa est
eni p̄fectio sapie: Ubiq̄z ē: t̄ lōge est a ma-
lis q̄ vbiq̄z sunt. Rogo vos a qb⁹ lōge ē:
qđ vbiq̄z ē. Ubi putatis: nisi qr̄ iacēt i dis-
similitudine sua: extermunātes in se similitu-
dinē dei. Bissimiles facti recesserūt: resor-
mati redeant. Enī inqt reformabunt: Inci-

CXLVI

p̄te dño in cōfessione. Post cōfessionē qđ: **Alia līa.**
Sequāt bona oga. Psallite deo n̄ro i **t̄ct.**
cithara. Quid est in cythara? Qd iam
exposui: sic illō in psalterio: psallam⁹: sic et
cithara: nō solū voce: & ope. Psallite deo
n̄ro in cythara. Ecce p̄fitem⁹: opam⁹ oga
mīscōdie: psallite deo n̄ro. Lui deo nostro:
Qui coopit celū nubib⁹. **Alia līa.**
coopit celū nubib⁹: Qui stegit scripturaz fi-
guris t̄ sacramētis. Ille q̄ būiliat pctōres
vsc̄ ad terrā: ille q̄ suscipit māsuētos: co-
opit celū nubib⁹. Ut q̄s rideat celū qđ co-
optum ē nubib⁹: Noli timere. Audi qđ se-
quit. Qui coopit celū nubib⁹. **Alia līa.**
rat terre pluuiā. Qui coopit celū nubi-
bus. Expauisti: q̄r si vides celū: cū plue-
ris fructificab⁹: t̄ serenu⁹ rideb⁹. Coopit celū
nubib⁹: q̄ parat frē pluuiā: forte bñ fecit dñs
nr. Nisi enī haberem⁹ occasione obscūrī-
tis scripturaz: ista vobis nō dicerem⁹: qui
bus gaudentis. Hec ḡ pluuiā fortasse ē ad
quā gaudentis. Exp̄mi vobis p̄ linguā no-
strā nō posset: nisi de⁹ nubib⁹ figuraz celū
scripturaz coopiret. Ad bñ ḡ ille coopit ce-
lum nubib⁹: vt paret terre pluuiam. Ad bñ
obscura esse voluit dicta p̄phetaz: vt habe-
rent postea sui dei qđ interpretando influe-
rent sup aures t̄ corda boūm excipientium
de nubib⁹ celi saginā leticie spūal. Qui co-
opit celū nubib⁹: q̄ parat terre pluuiam.
Qui exoriri facit i mórib⁹ senū. **Alia līa.**
t̄ herbā hūluti hoīm. Ecce fructus **t̄pduar.**
pluuiie: Qui exoriri inqt facit in mórib⁹ fe-
nū. Nūqd nō t̄ in frā hūli: S̄z qđ magnū
est in mórib⁹: Mōtes dicit excelsos seclū:
Aliq̄ maḡ dignitate p̄ditos: bñ loco mótes
accipe: t̄ nō ē mīz: q̄r duo minuta misit: ne
scio q̄ vidua i gazophylatiū: frā attulit fe-
nū frā hūli: t̄ mōs attulit Zache⁹ ille ma-
ior publicanoz. Hoc enī erat mirabili⁹: q̄r
mōs attulit senū. Q̄to elati sūt hoīes: tan-
to auari sūt: t̄ q̄to i bñ seclō maiores: tanto
pl⁹ amāt diuitias. Enī ille tristis abscessit q̄
p̄silū vite efne petebat a dño: t̄ appellavit
eū mīgrīm bonū dicēs: Quid faciā: vt vitā
efnā habeā: Et ille. Serua mādata. Que:
Et dixit mādata legl: Hec oīa feci a iuuen-
tute mea. Unī inqt tibi deest: His eē p̄se-
ct⁹: vade vēde oīa tua q̄ habes: t̄ da pau-
pib⁹: t̄ babeb⁹ thesaur⁹ in celo: t̄ veni seq̄re
me. Et dixit dñs: ecce mōs es: accipe plu-
uiam: t̄ da senū: Quid enim daturus es?
Honne senū: Etenim ista omnia que ec-
clesie ad necessitates huicntium deo dant

Psalms

CXLVI

a diuitib⁹: quid sunt nisi fenum? Carnalia enī sunt et ad t̄pus apparētia: sed no inde ali⁹d carnale conquirit: De rebus vñib⁹ qđ emas attende. Ap̄ls enim ait ostendēs fenu⁹ esse illud: Si nos vobis spūalia semi nauim⁹: magnū est si carnalia vestra metamus: Et audi qz carnalia fenu⁹ sunt: Qis caro feni⁹: et ois claritas hois vt flos feni⁹. Ergo ille tristis abscessit: et ait dñs: Qz difficile diues intrat in regnum celorum. Hoc ḡ magnum: qz exoriri facit in montibus feni⁹: Et quō exoriri facit in mōtib⁹ fenu⁹: si diues ille audit⁹ qz res suas deberet dare paupib⁹: tristis abscessit: Quō postea res pōdit ap̄ls cōtristatis: Que hoib⁹ impos sibilita sunt: deo facilia sunt. Ergo ille exoriri facit in mōtibus fenu⁹: cui oia facilia sunt. Nam nihil esset sterili⁹ durissimis mōtib⁹. Pluit ille qz facit exoriri in montib⁹ fenu⁹ et herbam fuituti hoim⁹. Cui fuituti? Ipsum Paulū attende. Nos aut inq̄t fuios v̄ros p̄ Jezum christum. Qui dicebat: Si nos vobis spūalia seminauim⁹: magnum est si v̄ra carnalia metam⁹: seruum se dixit. Ser uimus enī vobis fratres. Nemo se nostrū dicat: qsi maiorē vobis esse. Erim⁹ maiores: si fuerim⁹ humiliores. Quicunqz vult esse maior v̄m: p̄nū sententia ē: erit vester fuius. Ergo exoriri facit in mōtib⁹ fenu⁹ et herbam fuituti hoim⁹. Paulus qdē apl̄us manib⁹ suis viuēs: ipm feni⁹ montium noluit accipe: noluit indigere: sed tñ mōtes dabant feni⁹. Nō qz ille noluit accipe ppter ea mōtes dare nō deberet: vt steriles rema nerent. Bebet pluuii fruct⁹: debet suo ci bus: sicut dñs ait: Māducate que ab ip̄os sunt. Et ne putarent aliqd de suo donare: Dign⁹ est inq̄t ogari⁹ mercede sua. Itaqz fres qm̄ cōtigit iam ex ista occasione aliqd loq̄ vobis: maxie qz loqm̄ur talia nos: nō qrentes a vobis: et ideo liberi⁹ dicim⁹: et si qreremus fructum v̄m qrerem⁹: et non ve stras opes: sed v̄ram iusticiam tñ admoneo breuit̄: qm̄ iam m̄ta dixim⁹: et aliqui sermo finiendus est: Si vultis nō esse steriles: vt reddatis p̄ pluuiia secunditatē: ne danine tur postea sterilitas v̄ra. Minus enim de terre sterili⁹ et spinose ignem: sicut fructuose horreū parat: Efficite vt vobis posse exigit: efficiunt̄ exactores v̄ri. Christus tacit⁹ ex igit: et maior ē vor tacentis: qz in euāgelio nō tacet. Nō enī vere tacerit cū dicit: Fac te vobis amicos de māmona iniqtatis: vt et iipi recipiat vos i eterna tabnacula. Nō

tacet ip̄e: audite vocē ei⁹. Nō enī vos po test exigere: nisi forte exactioē opus ē: vt q̄ vobis in euāgelio fuiūt: petant a vobis. Si ad hoc ventū fuerit vt petat: videte ne qđ vos a deo petistis frustra petatis. Ergo estote exactores v̄ri: ne aliqd illi q̄ i euā geli seruūt vobis: nō dico petere cogant: nam forte nec coacti petēt: sed ne silētio vos arguant. Unū scriptū est: Būs q̄ intelligit sup egenū et paupem. Qū dicit: q̄ intelligit sup egenū et paupēz: nō expectat vt petat. Intelligite sup illū. Ali⁹ te q̄rit indigens: alisi tu debes q̄rere indigentē. Ut rūcū dictum ē fratres mei: et om̄i petēti te da mōle ctum est: Et in alio loco scripture dic̄. Sūdet elemosyna in māu tua: quosqz inuenias iustū cui eā tradas. Alius est q̄ te q̄rit: aliū tu debes q̄rere: Nec eū q̄ te q̄rit relinquas inanez: om̄i enī petenti te da. Ez ali⁹ ē quē tu debes q̄rere: Sūdet elemosyna in māu tua: quosqz inuenias iustū cui des. Nun q̄ b̄ facietis: nisi aliqd de rebus v̄ris sepo sitū habueritis: qđ cuiqz placet: p̄ necessita te rei familiaris sue: tanqz debitu⁹ q̄li fisico reddendū. Si nō bz rem publicā suā chri stus: nō bz fisicū suū. Fiscus enim scitis qđ sit. Fiscus enī saccus ē: vñ et fisicella: et fisicne dicunt̄. Ne putetis qz aliqd draco est fisicus: qz cū timore audis exactor fisici. Fisic saccus ē public⁹. Ip̄m habebat dñs hic i fra: qñ loculos habebat: et iipi loculi Jude erāt cōmissi. Judā traditorē patiebat dñs et surē: et in ip̄o oīdēs vbiqz patiētiā sua⁹: tñ illi q̄ sferebant in loculos dñi sferebat: nisi forte putatis: qz dñs ibat et petebat aut idigebat: cui angeli fuiēbat: q̄ de qnqz pa nibus tot milia hoim⁹ pavit. Quare ḡ ege re voluit: nisi vt daret exemplū mōtib⁹: vt parerēt feni⁹: ne p̄ pluuiā sterilitatez redde ret: Precidite ḡ aliqd et deputate aliqd fium: v̄l ex annuis fructib⁹: v̄l ex q̄tidianis q̄stibus v̄ris. Nā qsi diuino videris dare: et necesse est vt trepidet man⁹ tua: qñ illam porrigit ad id qđ nō debueras. Exime ali quā pte redditū tuor̄. Decimas vis: decimas exime: q̄bz parū sit. Victum est enī: quia pharisei decimas dabāt: Jeiuno bis i sabbato: decimas do oīm q̄ possideo: Et quid ait domin⁹: Nisi abundauerit iusticia v̄ra plus q̄ scribar̄ et phariseorū: nō intrabit in regnū celoz. Et ille sup quē p̄de bet abundare iusticia tua: decimas dat: tu aūt nec millesimā das. Quō enī superab̄: cui non egrise: Qui cooperit celū nubib⁹: